



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae**

**Johann Hugo <Trier, Erzbischof>**

**Mogvntiæ, 1688**

Ordo administrandi Sacramentum Pœnitentiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

**III.** Perjurium Clerici attactis SS. Evangeliiis in  
Judicio.

**IV.** Crimen incendiarii, Excisio notabilis sege-  
tis, Arborum frugiferarum, vitium, & vinearum ex  
odio tertii, aut communitatis.

**V.** Crimen falsariorum tam monetæ, quàm  
litterarum seu instrumentorum publicorum.

**VI.** Sodomia, bestialitas, congressus cum Dæ-  
mone carnalis.

**VII.** Commixtio Sacerdotis cum filia spiri-  
tuali.

**VIII.** Homicidium voluntarium quantumvis  
occultum : & adhortatio, ex qua commissum est  
homicidium.

**IX.** Depulsio foetûs, sive animati, sive ina-  
nimati.

**X.** Percussio Parentum enormis.

**XI.** Matrimonium à sciente, conjugem suam,  
aut alterius contrahentis adhuc vivere, initum.

**ORDO POENITENTIÆ SACRA-  
MENTI ADMINISTRANDI.**

**C**Um ad confitendum homines accedunt, Parochus cum dete-  
statione suorum peccatorum in templo, nisi necessitas vel poe-  
nitentis infirmitas aliud suaserit, & tempus suppetat, ad hoc Mini-  
sterium rectè sanctéque obeundum, piis precibus divinum auxilium  
implorabit, stolâ, & superpelliceo, juxta rituale Romanum, indutus.  
Deinde cum poenitens depositis armis, si fortè illis accinctus, flexis  
genibus, nudo capite, junctis manibus sedens ad confessionalem

sedem, quæ crates perforatas habeat, facto crucis signo petet benedictionem dicendo: Benedic Pater, vel Germanicè:

**H**erz gebt mir den heiligen Segen. vel Gallicè:

*Mon Pere donnez moy la benediction.*

*Sacerdos detecto capite, crucis signum super poenitentem pronuntiabit, dicens:*

**D**ominus sit in corde tuo, & in labiis tuis ad benè confitendum peccata tua, in nomine Patris **H** & Filii, & Spiritûs Sancti.

*Poenitens recitet generalem confessionem latinè usque ad illa verba (idedè precor) vel germanicè, aut gallicè, juxta usum regionis vel loci, ubi confitetur: Confiteor &c.*

**I**ch armer sündiger Mensch / bekenne Gott dem Allmächtigen / Mariæ seiner Hochwürdigem Mutter / allen lieben Heiligen Gottes / und geb mich schuldig / daß ich von meinen kindlichen Tagen an / biß auff diese Stunde / oft / und viel gesündigt hab / mit Gedancken / Worten / Wercken / und unterlassung vieler guten Wercken / wie dann solches alles geschehen ist / heimlich / oder öffentlich / wissentlich / oder unwissentlich / wider die Zehen Gebott / in den sieben Todtsünden / an den fünff Sinnen meines Leibs / wider Gott / wider meinen Nächsten / und wider das Heyl meiner armen Seel. Solche und alle meine Sünde seynd mir leyd von Herzen. Derohalben klopffe ich an mein sündiges Herz / und spreche mit dem offnen Sünder / **D** **E** **S** **E** **I** ! sey mir armen Sünder gnädig.

*Je me confesse à Dieu tout Puissant , à la Bien-heureuse Vierge Marie , à tous les Saints ( & à vous mon pere ) & ie m'accuse d'auoir souvent & beaucoup peché dans mes cinqsens contre mon Dieu , contre mon prochain, & contre moy meme , par pensées , par paroles , par œuvres , & par omissions , Je deteste ces pechez & tous autres , dont ie me suis rendu coupable dez l'usage de raison , & ie m'en repens de tout mon coeur , enfoy de quoy ie frape ma poitrine disant avec le Publicain : Dieu de misericorde ayez pitié de moy pauvre pecheur.*

**D**einde dicendo tempus ultimæ confessionis, & an pœnitentiam in ea impositam impleverit, peccata sua clarè, & distinctè cum numero, præsertim mortalia, recenseat.

**S**i pœnitens numerum, & species, & circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget.

**S**ed caveat, ne curiosis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, præsertim juniores utriusque sexûs, vel alios, de eo, quod ignorant, interrogando.

**S**i verò confessarius, pro personarum qualitate, cognoverit pœnitentem ignorare Christianæ fidei rudimenta; si tempus suppetat, eum breviter instruat de articulis fidei, & aliis ad salutem cognitu necessariis, & ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat, ut ea postmodum diligentius addiscat.

**Q**uibus præviis habitâ ratione pœnitentis, eum spe veniæ consoletur, vel paternè instruat de peccatorum gravitate, & ad dolorem, & contritionem efficacibus verbis adducat, attendens, ut dolor ex motivo supernaturali concipiatur, ne Sacramentum in parte essentiali deficiat, atque ad vitam emendandam remedia peccatorum tradat.

**Memi-**

**M**eminerit porrò Sacerdos, ægris non esse injungendam gravem aut laboriosam Pœnitentiam; sed indicendam tantùm illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliquâ oratione, aut levi satisfactione impositâ, & acceptatâ, absolvantur, prout opus fuerit.

**C**onfessarius impositâ pœnitentiâ, prudenti ejus judicio, salutari dicit:

**M**isereatur tui Omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducatur te ad vitam æternam. Amen.

*Deindè dexterâ versus pœnitentem elevatâ dicit:*

**I**ndulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

**D**ominus noster Jesus Christus te absolvat, & ego autoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis (suspensionis, si pœnitens sit in sacris) & interdicti in quantum ego possum, & tu indiges, deinde. Ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris **✠**, & Filii, & Spiritûs Sancti.

**P**assio Domini nostri Jesu Christi, merita B. Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

*In confessionibus autem frequentioribus, ubi magnus populi est concursus, omitti potest. Misereatur &c. Indulgentiam &c. & satis erit dicere: Dominus noster Jesus Christus &c. ut suprâ. Ur- gente verò aliquâ gravi necessitate in periculo mortis breviter dicere poterit.*

**E**go